

CADMUS MILESIUS.

Suidas : Κάδμος ὁ Μιλήσιος, εὐρετῆς γραμμάτων.

Ἐν ἐπιγράμματι Ζήνωνος (v. Diog. L. VII, 30):

Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν καὶ ὁ Κάδμος
κεῖνος, ἀφ' οὗ γραπτὰν Ἑλλάς ἔχει σελίδα.

Κάδμος, Πανδίωνος, Μιλήσιος, ἱστορικὸς, δὲ
πρῶτος κατὰ τινὰς συγγραφήν ἔγραψε καταλογάδην,
μικρῷ νεώτερος Ὀρφῆως. Συνέταξε δὲ Κτίσιν Μιλήτου
καὶ τῆς ὅλης Ἰωνίας ἐν βιβλίῳ δ'.

Ὅτι τὸν Κάδμον φασὶ πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κο-
μίσαι τὰ γράμματα, ἄπερ πρῶτοι Φοίνικες ἐφεύρον.

Κάδμος, Ἀρχελάου, Μιλήσιος, ἱστορικὸς νεώ-
τερος. Τινὲς δὲ Λυκῖνον Κάδμον ἀνέγραψαν. Ἴσως οὖν
ἐστὶν ἕτερος. Ἐγράψε δὲ ταῦτα Ἀύσιν ἔρωτικῶν [πα-
θῶν] ἐν βιβλίῳ δ', καὶ Ἀττικὰς ἱστορίας ις'. Cf. Eu-
dokia p. 267.

Diversa plane Suidam temere miscere in hac
glossarum farragine sæpenumero viri docti monue-
runt : scilicet Cadmum literarum inventorem dici
Milesium, quum Phenix sit; Cadmo historico autem
assignari ætatem, quæ tribuenda sit filio Age-
noris (V. Clinton. F. H. tom. II, p. 454). Igitur,
misso Suida, de temporibus scriptoris nostri audiamus
Josephum C. Apion. I, c. 2 extr. : Οἱ μέντοι
τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς
(sc. τοῖς Ἑλλησι), λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τὸν Μι-
λήσιον καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τούτων
εἴ τινας ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς τῶν Περ-
σῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διαστρατείας τῷ χρόνῳ προὔλαβον
(Exscripsit hæc Euseb. Pr. Ev. X, 7, p. 478 A).
Accuratius rem definire licet, atque Hecataeo et
Pherecyde Syrio Cadmus paullo antiquior fuisse
dicendus est, si fidem merentur ii, qui Cadmum,
non vero Hecataeum aut Pherecydem, prosam ora-
tionem vel historiam pedestri sermone conscriptam
primū condidisse ferunt. Sic præter Suidam (l. 1.)
Plinius H. N. V, 31 : *Nec Milesius fraudanda cive
Cadmō, qui primus prosam orationem condere in-
stituit.* Hinc sua habet Solinus c. 49 : *Miletus, Io-
niæ caput, Cadmi olim domus, sed ejus qui primus
invenit prosæ orationis disciplinam.* Aliter Plinius
lib. VII, 56 : *Prosam orationem (συγγραφὴν) con-
dere Pherecydes Syrius instituit Cyri regis ætate,
historiam Cadmus Milesius.* Eodem modo inter
Pherecydem Syrium et Hecataeum distinguit Sui-
das v. Ἐκαταῖος : Ἐκ. πρῶτος ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνε-
γεν, συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης. Atque hoc quidem
recte se habere, falso autem ad Pherecydem et Cad-

mum translatum esse videtur, ut scilicet concilia-
rent inter se quæ Suidas refert v. Φερεκύδης : Πρῶ-
τον δὲ (Φερεκύδην) συγγραφήν ἐξενεγκεῖν πεζῶ λόγῳ
τινὲς ἱστοροῦσιν, ἑτέρων τοῦτο εἰς Κάδμον τὸν Μιλήσιον
φερόντων.

Scriptis Cadmus, testante Suida, Origines Mileti
et totius Ionix libris quattuor. At supposititia ha-
beri quæ sub Milesii nomine in vulgus divendeban-
tur, docemur a Dionysio Hal. in Jud. de Thuc. c.
23 : Οὐτε γὰρ διασώζονται, αἰτ, τῶν πλείονων αἱ γρα-
φαὶ μέγρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, οὐθ' αἱ διασωζόμεναι
παρὰ πᾶσιν ὡς ἐκείνων οὐσαι τῶν ἀνδρῶν πιστεύονται,
ἐν αἷς εἰσὶν αἱ τε Κάδμου τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀρισταίου
τοῦ Προκονησίου καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις. Et
recte quidem judicasse eos, quorum sententiam
Dionysius laudat, nullus dubito. Eodem facit quod
Bion Proconnesius, auctor perantiquus, τὰ Κάδμου
τοῦ παλαιοῦ μετέγραψε κεφαλαίουμενος, uti Clemens
ait Alex. Strom. VI, p. 267. Nam vetustissimum
logographum tam prolixè rem tractasse, ut opus
paullo post a Bione in compendium redigeretur,
haud facile quisquam crediderit; immo, si veri ali-
quid subest verbis Clementis, ita potius statuendum,
ut libros istos Pseudo-Cadmeos ex Bionis aliorum-
que scriptis conflatos esse putemus.

Præter Dionysium Cadmi mentionem faciunt
Strabo et Diodorus. Quorum ille (I, p. 18) : Πρῶ-
τιστα, inquit, ἡ ποιητικὴ κατασκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ
μέσον καὶ εὐδοκίμησεν· εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι, λύ-
σαντες τὸ μέτρον, τάλλα φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ (*),
συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην καὶ Ἐκα-
ταῖον· εἶτα οἱ ὕστερον, ἀπαροῦντες ἀεὶ τι τῶν τοιούτων,
εἰς τὸ νῦν εἶδος κατήγαγον, ὡς ἂν ἀπὸ ὕψους τινός.
Cf. Eustath. ad Hom. II. p. 9, 8 ed. Rom. (**).

Diodorus vero hæc (I, 87, 3. Excerptis Theo-

(*) Parum accurate hoc dictum esse atque reficari
testimoniis Ciceronis (De orat. II, 13), Dionysii Hal. (De
Thuc. c. 23), Demetrii (De eloc. § 12), tum alii monue-
runt, tum fusius explicat Nitzsch. De Hist. Hom. I, p. 85
sqq., 91. sqq. Ibidem post Dahmannum contra eos dispu-
tat, qui omnes historicos Herodoto antiquiores, etsi sæpius
argumenta vere historica vel historica mythicis mixta ab
iis tractata sunt, uno *logographorum* nomine comprehen-
dunt. Ceterum cf. Creuzer. *Hist. Kunst* p. 265 sqq.

(**) Strabo XIV, p. 635 claros Milesios recensens postquam
nominaverat Thaletem, Anaximandrum, Anaximenem per-
git : Ἐπι δ' Ἐκαταῖος, ὁ τὴν ἱστορίαν συντάξας· καθ' ἡμᾶς δὲ
Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ κτλ. Ibi ante καθ' ἡμᾶς excidisse Κά-
δμου mentionem opinantur Coray ad h. l. et Groskurd. in
versione Strabonis germanica, uti disco. ex Forbiger
Handb. d. all. Geogr. I, p. 48.

phylact. Simoc. p. 186 ed. Paris.) : Τινὲς δ' ἐπιβαλλόμενοι λέγειν περὶ τῶν ἐπιζητουμένων (sc. περὶ τῆς ἀναβάσεως τοῦ Νεῖλου καὶ τῶν πηγῶν etc.) πολλὴ τῆς ἀληθείας διήμαρτον. Οἱ μὲν γὰρ περὶ τὸν Ἑλλάνικον καὶ Κάδμον, ἔτι δ' Ἐκαταῖον, καὶ πάντες οἱ τοιοῦτοι, παλαιοὶ παντάπασιν ὄντες, εἰς τὰς μυθώδεις ἀποφάσεις ἀπέκλιναν.

Ex Diodori loco colligere possit aut alia quaedam praeter Κτίσιν Ἰωνίας Cadmo Milesio attributa esse, aut Naucraticum Milesiorum coloniam de Nilo disse- rendi praebuisse opportunitatem. Sed quoniam et Strabo et Diodorus Cadmi non meminerunt nisi in univ- ersum de antiquissimis historicis loquentes, minime liquet num ipsi libros Cadmi, qui tunc ferebantur, inspexerint, an solam nominis famam secuti sint.

Quae quum ita habeant, quaeritur nec temere quaeritur, num omnino unquam vixerit Cadmus historicus, an merum sit inventum, eorum scilicet, qui ex Cadmo literarum inventore (*) finxerint antiquissimum scriptorem. Quam quidem quaestionem jam veteres agitasse haud obscure innuunt Pliniana ista : *Nec Miletus fraudanda cive Cadmo*. Nomen sane per se nihil habet offensionis. Nam ex Herodoto novimus *Cadmum*, Scythae filium, Co- rorum tyrannum (**); porro *Eucadmum*, statuarium Atheniensem, affert Pausanias X, 19, 4 (cf. Müller. *Archaeol.* § 112, 1). At dubitationem movet, quod literarum inventori et antiquissimo scriptori idem sit nomen, eademque secundum nonnullos fuerit patria. Nihil enim est cur Suidam turpi lapsu errore putemus Cadmum τὸν τῶν γραμμάτων εὑρέτην *Milesium* dixisse pro *Phoenice*. Nam eodem modo Scholiasta ad Dionys. Thrac. in Bekk. An. p. 781, 30 : Οἱ μὲν, αἰτ, Προμηθεῖα λέγουσι τούτων (sc. τῶν γραμμάτων) εὑρετήν, ἄλλοι δὲ Φοίνικα τὸν τοῦ Ἀχιλλέως παιδαγωγόν, ἄλλοι δὲ τὸν Μιλήσιον Κάδμον κτλ. ubi quum de Graecis literarum inventoribus sermo sit, nemo grammaticum erroris in- cusaverit. Similiter apud eundem schol. p. 784 li- terae Phoeniciae a Phoenice loco prope Ephesum sito nomen habere dicuntur. Nimirum literarum cogni- tio Phoenicum commerciis primum venit ad Graecos Asiae Minoris; inter Iones primi exstiterunt Graecorum scriptores; jam qui primi Graecorum exco- luere literas, etiam invenisse gloriati sunt. Quare antiqua verae originis memoria cum recentiore commento apud complures ita coaluit, ut ex Phoe-

nice evaderet Phoenix locus Ephesinus (*), ut Phoenix Cadmus abiret in Cadmum Milesium. Deinde ulterius harum rerum fabri progressi sunt. Etenim qui primus invenit literas, non potuit non scripsisse opera. Sic (ut unum tangam ex mythologumenis historiae literariae) Phoenix, Agenoris filius, cui Lydi et Iones secundum Apostolium (XX, 29) li- terarum inventionem tribuunt, Φοινικιοὺς γράμμασι τὴν ἀριθμητικὴν φιλοσοφίαν συνεγράψατο, teste Cedreno p. 19. Ad eundem modum etiam Cadmo nostro Milesio opus aliquod assignaverint. Neque illud Suidae πρῶτος συγγραφήν ἔγραψε καταλογάδην μικρῷ νεώτερος Ὀρφῆως negligentiae vel acrisiae grammatici imputaverim, qui eo potius aliena junxisse mihi videtur, quod Κτίσιν Μιλήτου κτλ. tanquam opus a Cadmo Orphei fere aequali pro- fectum posuerit. Id enim ab iis demum Cadmo da- tum esse puto, qui quum Pherecydem et Hecataeum primos pedestris orationis scriptores vulgo haberi viderent, istud de Cadmo commentum ad verae hi- storiae et chronologiae similitudinem revocare alla- boraverunt, ideoque principem inter logographos locum Milesio suo tribuere. Ex eodem studio expli- canda quae leguntur in Villoison. An. Gr. II, p. 187 : Οὐ γράμματα εἶχον οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ διὰ Φοινικίων γραμμάτων ἔγραφον τὰ αὐτῶν Ἑλληνικὰ γράμματα· καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ Φοινικία τοῖς ὀνόμασιν, ὡς καὶ τὰ Ἑβραϊκὰ, κατὰ μίμησιν τῶν Ἑβραίων, τοῖς Φοίνιξιν εὑρέθη. Παλαμήδης δ' ὕστερον ἔλθων, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ ἀλφα, δέκα ἐξ ὀνόμασιν τοῖς Ἕλλησιν εὔρε στοιχεῖα... Προσέθηκε δὲ αὐτοῖς Κάδμος ὁ Μιλήσιος γράμματα τρία, θ, φ, χ... Μετὰ ταῦτα Σιμωνίδης ὁ Κεῖος ἔλθων προσέθηκε δύο, η καὶ ω, Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Συρακοῦσιος τρία, ζ, ξ, ψ. Καὶ οὕτως ἐπληρώθησαν τὰ εἴκοσι τέσσαρα. Patet Cadmum Milesium h. l. a logographo non diversum esse, neque alienum ab inventore li- terarum, nisi quod inventi magnitudine tanto infe- rior est, quanto aetate est junior. Ac nescio an si- mili modo explicandus sit junior ille Cadmus Mile- sium historicus, quem Suidas Ἀσίην ἐρωτικῶν παθῶν ἐν βιβλίῳ δ' scripsisse dicit. Qui quidem titulus tum per se suspectus est (**), tum male quadrat cum Hi-

(*) Nonnulli, uti Homerum Atheniensem fecerunt, sic Phoenicias literas in Attica ab Actaeone inventas et de Phoe- niciae ejus filia nominatas dixerunt. V. Scammonis Περὶ εὐρημάτων fr. 2. Reliqua commenta recensere ad me nihil attinet.

(**) « Vellem Gaisfordius) argumenta istorum librorum verbo tetigisset; nam quod in Latinis erat *scripsit remedia amoris*, alius crediderit ab homine Graeco talia pro- misse. Suspicio esse reponendum Συλλογὴν ἐρωτικῶν δ', » BERNHARDY. Codices nihil suppeditant: λ. ἐρ. βιβλίῳ δ' codd B C; λ. ἐρ. βιβλίῳ id ed. Mediol., λ. ἐ. παθῶν sine librorum nota cod. V; λ. ἐ. παθῶν ἐν βιβλ. τέσσαρι cod. A; vulgo λ. ἐ. παθῶν ἐν βιβλίῳ id.

(*) De mythico hoc Cadmo literarum inventore, ut alios mittam, vide Movers. in egregio libro, qui inscribitur *Religion d. Phänizier*, Bonn. 1841, p. 518 sqq.

(**) V. Herodot. VII, 63 coll. VI, 23 sq.; Suidas v. Ἐπιχαρμος; Hippocrat. Epist. 7. De temporibus ejus et familia v. Müller. *Dor.* I, 170; II, 147, 1; 353, 1; 509, 36.

storiis Atticis, quæ eidem auctori ascribuntur. Quare nisi putaveris Attica quoque argumenti erotici fuisse, ut aliorum Rhodiaca, Milesiaca, Babyloniaca etc., proclivis conjectura est, pro Λύσιω etc. olim fuisse Κτίσιω ἰωνικῶν (*) πόλεων ἐν βιβλ. δ', ideoque Suidam corruptum titulum ponere ejusdem operis, quod perverse dederat Pandionis filio (**), Orphei cœtaneo. Sed de his fortasse aliter statui possit.

Monendum enim est de verbis : Τινὲς δὲ Λυκίῳν Κάδμον ἀνέγραψαν. Eudocia habet καὶ Λυκίῳν καὶ Κάδμον; ante Κάδμον particula καὶ est etiam in ed. Mediol. (Hinc Bernhardius dedit : T. δὲ καὶ Λυκ.

Κάδμον ἔγραψαν.); cod. V : λυκίῳν Κάδμῳν. Subesse Bernhardio videtur : τινὲς δὲ Λυκίῳν Κάδμον νέον (sive νεώτερον) ἀνέγραψαν. Küsterus pro Λυκίῳν legendum proposuit Λύκιον. (***) Ac sane patriam, non vero patrem indicari literæ superstites arguunt. Lenissima mutatione scribi possit : T. δ' Ἐλευσῖνῳν

(*) Propius ad ductus literarum accederet si quis pro ἐρωτικῶν scribi vellet κρητικῶν. Idem deinde apud Suidam pro Λυκίῳν reponeret Λύκιον.

(**) Pandionis patris nomen clarissimum fictum esse jam monuit Welckerus in Seebodii *Archiv* 1830, p. 70.

(***) Küsteri conjecturam si probaveris, putari possit Suidam Κάδμον Λύκιον, i. e. ἕρος Λυκίας in Lyciæ et Phry-

Κάδμον. Eleusinio præterea bene convenirent Historiæ Atticæ (Cf. Athidem Melesagoræ, qui item Eleusinius a nonnullis dicebatur). Sed dubitationem movent particula καὶ ap. Eudociam et in edit. Med., atque o supra scriptum in cod. V Ex comparatis lectionibus καὶ Κάδμῳν et Κάδμον, erueris καὶ Κῶν, sive is Cadmus fuerit ex Herodoto notus sive alius. Ex Κ. Ἀγκίῳν vel ex Ἀγκίῳν item aliquis eliciat ΚΑΙ Κῶν, atque duplicem ejusdem nominis mentionem e nota marginali in textum irrepsisse statuat. Sed hoc violentius. Igitur scripserim Τινὲς δὲ καὶ Ἐλευσῖνῳν καὶ Κῶν ἀνέγραψαν. Tum Eleusinio tribuerim Atticas historias. Cadmo autem ex Asclepiadarum insula oriundo alterum opus vindicaverim, quod Suidas nominat Λύσεις (ἰάσεις?) ἐρωτικῶν (πυρωτικῶν?) παθῶν, quodque ad artem medicam pertinuisse conjeceris. Cadmum hunc esse illum Herodoti minime contendo, etsi Hippolochus quoque, cum quo Cadmus Coorum civitate aliquantum præfuisse dicitur (in Hippocrat. Ep. 7), erat Asclepiada (*). At satis est, opinor, conjecturarum.

giæ confiniis, quem in Lexicis auctorum suorum notatum invenerit, virum esse censuisse.

(*) Epicharmum quoque poetam, qui cum Cadmo in Siciliam transjecit, medicum fuisse constat.

DIONYSIUS MILESIUS.

Suidas : Διονύσιος Μιλήσιος (*), ἱστορικός. Τὰ μετὰ Δαρεῖον ἐν βιβλίοις ε'. Περιήγησιν οἰκουμένης. Περσικά, Ἰάδι διαλέκτῳ. Τρωικῶν βιβλία γ'. Μυθικά. Κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ζ' (ἔξ Eudocia).

Idem v. Ἐκαταῖος... γέγονε κατὰ τοὺς Δαρεῖου χρόνους, τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος, ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος, ἐπὶ τῆς πέμπτης καὶ ἐξηκοστῆς Ὀλυμπιάδος (Ol. 65, 1 = 520 a. C., qui est annus secundus regis Darii).

Quodsi verba τὰ μετὰ Δαρεῖον recte sese habent et ad Hystaspis filium referenda sunt, Dionysius Hecataei coævus fuisse videtur quatenus juvenem viri, virum senis æqualem dicere licet. Nam Hecateum paulo post Persica septuagenarium fere diem jam obisse compertum habemus (v. Suidas v. Ἑλλάνικος).

Scriptorum catalogum, quem Suidas exhibet, titulorum undique temere congestorum farraginem esse hodie nemo nescit, quamvis in ordinem omnia redigere et suum cuique tribuere etiamnum res sit difficillima. Hoc tamen fere constat ad Milesium Dionysium ex libris recensitis nihil pertinere præter τὰ Περσικά Ἰάδι διαλέκτῳ et τὰ μετὰ Δαρεῖον ἐν βιβλίοις ε'. Uterque titulus ad unum idemque opus referendus est, uti monuerunt Fabricius (Bibl. Gr. II, p. 799 ed. pr.), Heynius (De font. et auctorit. Diodor. p. 68 ed. Bip.), alii. Verum num ea tantum Dionysius exposuit, quæ post obitum Darii (Ol. 73, 4, a. C. 485) gesta sunt? Mirum hoc et alienum prorsus ab hujus ævi scriptoribus. Neque aptius argumentum habebis ubi probaveris haud probandam Fabricii sententiam, qui τὰ μετὰ Δ. interpretatur *De rebus Darii imperante gestis*, perinde ac si esset τὰ κατὰ Δ. (**). Probabilius Creuzerus (*Histor. Kunst* p. 72)

(*) Alii Dionysii Milesii auctores memorantur duo, alter medicus ap. Plin. H. N. XIII et XIV ind., Galen. IV, 7, Cœlius Aurelius, etc; alter sophista sub Hadriano clarus. V. Philostratus De sophist. I, 22 p. 513, 522; Dio LXIX, p. 789 Reim.; Suidas v. Διονύσιος; Eudoc. p. 130. Cf. Westermann. *Gesch. d. gr. Bereds.* § 94, 6.

(**) Nititur Fabricius loco Plutarchi De sera num. vind. p. 563 : Σολεὺς Θεσπέσιος ἀνὴρ ἐκείνου τοῦ γενομένου μεθ' ἡμᾶς ἐνταῦθα Πρωτογένους. Ibi jam ex codd. repositum est μεθ' ἡμῶν.

titulum de parte Persicorum intelligit. Nitzschius (Hist. Hom. I, p. 88) quinto Persicorum libro res Darii expositas esse censet. Quoniam nullam equidem rationem video cur hoc potissimum aliquis enotandum putaverit. Suspicio Darium nostrum non esse Hystaspis filium, sed τὸν Δαρεῖον (*) τὸν καὶ Ἀστυάγη, δν Κύρος καθελὼν εἰς Πέρσας τὴν βασιλείαν μετήνεγκε (Syncellus p. 205 D. ed. Par. p. 387 ed. Dindf.). Hoc si verum est, historia regni Persarum, qui proprie sic dicuntur, libris quinque comprehensa erat; antecedeat, opinor, pars altera de regno Assyriorum et Medorum, ut in Persicis Hellenici et Ctesiae et Dinonis, cujus posterioris opus item in plures συντάξεις pluresque librorum ordines distributum erat.

Fragmenta quæ ad Persica Dionysii certo iudicio referri possint non habeo. Hic tamen apponam locum in Bekk. An. Gr. p. 783.

1.

Φασὶ γὰρ ὅτι Φοίνικες μὲν εἶρον τὰ στοιχεῖα, Κάδμος δὲ ἤγαγεν αὐτὰ εἰς τὴν Ἑλλάδα. Πυθόδωρος δὲ (ὡς) ἐν τῷ Περὶ στοιχείων, καὶ Φίλλιος ὁ Δῆλιος ἐν τῷ Περὶ χορῶν πρὸ Κάδμου Δαναὸν μετακομίσει αὐτὰ φασιν. Ἐπιμαρτυροῦσι τούτοις καὶ οἱ Μιλησιακοὶ συγγραφεῖς, Ἀναξίμανδρος καὶ Διονύσιος καὶ Ἐκαταῖος, οὓς καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν Νεῶν καταλόγῳ παρατίθεται.

ὧς] τις proponit Nitzsch. in Hist. Hom. p. 79, nisi exciderit nomen grammatici alicujus. Hunc Dionysium diversum esse ab illo, quem libro tertio sequitur Diodorus, patet ex cap. 66, ubi *Cadmus* literas asportasse in Græciam dicitur. Hecatei hanc et Dionysii sententiam respicit, ut videtur, Herodotus V, 58, ubi v. Bæhr. et quos laudat. Cf. Nitzsch. l. l. p. 89. Adjicio alium locum ex iisdem Bekk. An. Gr. p. 362, ubi hæc :

2.

Ἄϊμον τὸ ὄρος οὐδετέρως Ἐκαταῖος διὰ παντὸς καὶ Διονύσιος καὶ Ἑλλάνικος καὶ Εὐδόξος.

(*) De nomine Δαρεῖος vv. dd. sententias collegit Bæhr. ad Herodot. VI, 69. Idem ibid. tom. IV p. 486 not. de Darii Medo laudat *F. Keil Apolog. Versuch über die Bücher d. Chronik u. Esra* (Berolm. 1833), p. 11 sqq.

1.

Phœnices aiunt invenisse literas, Cadmum vero in Græciam attulisse. Pythodorus vero in libro De elementis literarum, et Phillis Delius in opere De choris, ante Cadmum eas jam Danaum asportasse tradunt. Assentiuntur his Milesii scriptores Anaximander et Dionysius et Hecateus,

quorum testimoniiis Apollodorus quoque in Navium catalogo usus est.

2.

Hæmum montem Ἄϊμον neutro genere Hecateus ubique et Dionysius et Hellenicus et Eudoxus dicunt.

Auctorem satis vetustum Hecatæus et Hellanicus comites arguunt; nec quidquam obstat quin hæc esse historia belli Medici fluxerint.

Num Περιήγησιν οἰκουμένης Dionysius Milesius scripserit, necne, demonstrari quidem nequit; sed quum eodem fere tempore alter Milesius in eodem argumento egregiam posuerit operam, non probabile est eadem paullo post tractasse Dionysium. Suidæ vero auctoritas pæne nulla est. Is enim non Milesio tantum Periegesin attribuit, sed etiam Dionysio Corinthio, addens: ταῦτα δὲ εὖρον καὶ ἐν Διονυσίῳ τῷ τὰ Λιθιακὰ γράψαντι· πρότερος οὖν αὐτῶν οὐκ οἶδα. Idem paullo post Periegesin dat Dionysio Samio vel Rhodio, hærens incertus; nam subjicit: ὑπολαμβάνω δὲ ὅτι Διονύσιος ὁ Περιηγητῆς Βυζάντιος ἦν διὰ τὸν ποταμὸν Πήσαν (v. 794 ed. Bernh.). Verisimillimum igitur est omnibus his locis eam quam etiamnum habemus Dionysii Periegesin designari. Vid. Bernhardt. ad Dion. Per. p. 489 sqq.; Schirlitz. *Ueber des Dionys. Per. Zeitalter u. Vaterland*, in Seebodii *N. Archiv f. Phil. u. Pæd.* 1828, II, p. 33 sqq.

Sequuntur apud Suidam Τρωικῶν βιβλία γ' et Μυθικά, de quibus utpote *Milesii* Dionysii operibus aliunde non constat. Contra *Argonautica* D. *Milesii* apud schol. ad Apollon. Rhod. memorantur locis sex. Idem alibi simpliciter laudat *Argonautica* Dionysii non addita notitia patriæ. Duobus denique locis ad Argonautarum historiam pertinentibus citatur Dionysius *Mytilenæus*. Num igitur duorum Dionysiorum *Argonautica* scholiasta adhibuit? Immo, utrumque unum esse eundemque hominem, eum scilicet quem Diodorus libro tertio et quarto ducem sequitur, ex comparatis inter se fragmentis, quæ ad calcem hujus disputationis subjunximus, patet luculentissime. Jam si indolem rerum narratarum spectas, videbis eam a simplicitate nascentis logographiæ alienissimam esse atque Alexandrinam istam redolere ætatem, quæ in Euhemeristica fabulas tractandi ratione mirum quantum sibi placuit (*). Igitur quæ apud scholiastam Apol-

(*) Primus ad hoc attendit Heynius (De font. Diodori p. 57 ed. Bip.), quanquam is Milesium Dionysium a Diodoro adhibitum esse putavit. « Dionysius Milesius, ait, improbo studio fabulas ad historicarum formam revocare, rerum vere gestarum speciem iis induere, mythosque scriptoris pragmatice more tractare instituit, ita ut ad verisimilitudinem et ad probabilitatis historicæ speciem exigeret ea, quæ a poetis seu antiquis scriptoribus essent narrata. Quo quidem consilio nihil potuit esse ineptius, nihil ad ipsas historias perniciosius. » Subjungit in nota: « Haud diffiteor mihi vix satis probabile visum, jam Herodotea ætate de fabulis veterum scriptorum aliquem arguta hac subtilitate agere instituisse. Rerum tamen argumentis et scriptorum auctoritati refragari non licet. » Cf. idem p. 69.

lonii ex Dionysio leguntur omnia referenda sunt ad Mytilenæum, qui in Milesium abiit vel librarium acrisia, vel ipsius fraude Mytilenæi, ut qui non solum Xanthi Lydi, sed etiam Dionysii Milesii nomen mentitus esse videri possit. — Rem conficiunt quæ Suidas de Mytilenæo tradit:

Διονύσιος Μυτιληναῖος, ἑποποιός (*). Οὗτος ἐκλήθη Σκυτοβραχίων καὶ Σκυτεύς. Τὴν Διονύσου καὶ Ἀθηναῶν στρατείαν (**). Ἀργοναυτὰ (Ἀργοναυτικά Eudoc.) ἐν βιβλίῳ ἐξ· ταῦτα δὲ ἐστὶ πεζά. Μυθικά πρὸς Παρμένοντα (***) .

Igitur et Ἀργοναυτικά et Μυθικά expressis verbis assignantur Mytilenæo. Τρωικά, h. l. a Suida ommissa, Diodorus dabit.

Diodorus III, 52, 3, Amazonum historiam expositurus: Οὐ μὴν ἀλλ' ἡμεῖς εὕρισκοντες πολλοὺς μὲν τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ τῶν μεταγενεστέρων μνήμην πεποιημένους αὐτῶν, ἀναγράφειν τὰς πράξεις πειρασόμεθα ἐν κεφαλαίῳ ἀκολούθῳ Διονυσίῳ τῷ συντεταγμένῳ τὰ περὶ τοὺς Ἀργοναυτὰς καὶ τὸν Διόνυσον καὶ ἕτερα πολλὰ τῶν ἐν τοῖς παλαιότατοις χρόνοις πραχθέντων.

Idem III, 66, 5: Ἴνα μὴδὲν παραλείπωμεν τῶν ἱστορημένων περὶ Διονύσου, διέξιμεν ἐν κεφαλαίῳ τὰ παρὰ τοῖς Λίβυσι λεγόμενα καὶ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων ὅσοι τούτοις σύμφωνα γεγράφασι καὶ Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ τὰς παλαιὰς μυθοποιίας. Οὗτος γὰρ τὰ τε περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμαζόνιας, ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναυτὰς καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα καὶ πόλλ' ἕτερα συντέτακται, παρατιθεῖς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων, τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν. (****)

(*) De ætate D. Myt. v. Sueton. De illustr. gr. c. 7: *M. Antoninus Gniphos... institutus Alexandria, ut aliquid tradunt, in contubernio Dionysii Scytobrachionis; quod equidem non temere crediderim, quum temporum ratio vix congruat.* Nempe paullo antiquiorem fuisse putat; nec sine causa, siquidem Dionysius jam ab Apollodoro laudetur (V. fr. Dion. 1), adeoque jam circa 150 a. C. floruisse debeat. Cf. Nitzsch. Hist. Hom. p. 90. Plura de Dion. Myt. ap. Welckerum in Seebodii *Neuem Archiv* 1830, p. 70 sqq. (coll. nostris *Fragm. Hist. p. XXI*), et in *Cycl. Hom.* p. 73 sqq.

(**) Num verbis τὴν Διον. κ. Ἀθ. στρατείαν ea designat quæ Diodorus deorum et Gigantum bellum exponens habet lib. III, c. 70 (διηρημένῃ... συνάβη μάχην)? At hæc singularis libri argumentum præbere non potuerunt. Fortasse primum caput erant τῶν περὶ Διόνυσον, nisi potius Ἀθηναῶν στρ. corrupte posita pro Ἀμαζόνων στρ., sicuti apud Diodorum I. I. iunguntur τὰ περὶ τὸν Διόνυσον καὶ Ἀμαζόνιας.

(***) Παρμένοντα] Fortasse Παρμενίωνα. Parmenionem quendam Mytilenæum Olympionicam (Ol. 117) habet Diodor. XIX, 77, 1. Ceterum cf. quæ ad hunc I. disputat Bernhardt.

(****) Bernhardt. ad Dionys. Per. p. 471: « Quod Diodorus Dionysium sequi se proficetur, qui Bacchi et Amazonum expeditiones et Iliacum bellum citatis antiquorum carni-

DIONYSIUS MYTILENÆUS.

7

Postremo loco inter scripta D. Milesii ponitur Κύκλος ἱστορικῶς ἐν βιβλ. ζ' vel ε'. Dionysii κυκλογράφου sæpius apud veteres mentio fit, atque cycli laudantur liber primus, quintus et sextus, in quo inter alia de Ulixe apud Polyphemum versante sermo erat. Igitur fabulas Græcorum ex ordine exposuisse atque in νόστοις heroum, quæ ad Trojam pugnaverant, substitisse videtur. Verum Dionysius iste Athenæo non est Milesius, sed *Samius*. Milesius D. tanquam cycli auctor nusquam memoratur, contra Samiam tanquam mythographum ex ipso novimus Lexico Suidiano.

Suidas : Διονύσιος Μουσωνίου Ῥόδιος ἢ Σάμιος, ἱστορικός. Ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ Ἥλιου. Ἱστορίας τοπικάς, βιβλία ἕξ. [Οἰκουμένης περιήγησιν.] Ἱστορίας παιδευτικῆς βιβλία ἰ'. [Ὑπολαμβάνω ὅτι Διονύσιος ὁ Περικληγεὶς Βυζάντιος ἦν διὰ τὸν ποταμὸν Ῥήθαν.]

Recte, puto, Welckerus *Cycl.* p. 75 contendit Κύκλον ἱστορικὸν (***) idem opus esse cum Ἱστορία παιδευτικῇ atque numerum librorum alterutro loco depravatum esse. Scilicet quemadmodum de Apollodori Bibliotheca poeta (v. *Fragm. Hist.* p. XXXVIII) dicit : αἰῶνων σπείραμα ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο, παιδείης μύθος γνῶθι καλαιγενέας κτλ., sic etiam ὁ Κύκλος Dionysii ἱστορίαν παιδευτικὴν, i. e. veteres fabulas in usum juventutis adornatas exhibebat. Idem opus a Socrate in *Histor. Eccl.* III, 23 dicitur Στέφανος et cum aliis libris, qui argumento et tractationis genere similes

nibus fabulosisque commentis exposuerit etc., quis est quin etiam Suida collato D. agnoscat Mytilenæum, cui et studia ejusmodi conveniunt et argutula doctæ Alexandriæ subtilitas et industria, Milesium vero, qui neque compilare neque crepundia nosset otiosioris ævi digerere, ab isto literarum instituto penitus abhorruisse intelligat? » — Qui vero fuerint ἀρχαῖοι ἱστορικῶς, quorum auctoritate suam de Amazonibus, Baccho etc. doctrinam commendare studuit, id liquet ex Diodoro IV, 77 : Τὸν δ' οὖν Λίνον φασὶ τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι συνταξάμενον τὰς τοῦ πρώτου Διονύσου πράξεις καὶ τὰς ἄλλας μυθολογίας ἀπολιπεῖν ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν. Ὁμοίως δὲ τούτοις χρῆσασθαι τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι τὸν Ὀρφέα καὶ Προναπίδην τὸν Ὀμήρου διδάσκαλον, εὐφυῆ γεγονότα μελοποιῶν· πρὸς δὲ τούτοις θυμοίτην τὸν θυμοῖτου τοῦ Λαομέδοντος, κατὰ τὴν ἡλικίαν γεγονότα τὴν Ὀρφείω, πλανηθῆναι κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς οἰκουμένης, καὶ παραβαλεῖν τῆς Διθύης εἰς τὴν πρὸς ἑσπέραν χῶραν [τῆς οἰκουμένης] ἕως Ὀκεανοῦ· θεάσασθαι δὲ καὶ τὴν Νύσαν, ἐν ἣ μυθολογοῦσιν οἱ ἐγχώριοι ἀρχαῖοι τραφῆναι τὸν Διόνυσον, καὶ τὰς κατὰ μέρος τοῦ θεοῦ τούτου πράξεις μαθόντα παρὰ τῶν Νυσαίων συντάξασθαι τὴν Φρυγίαν ὀνομαζομένην ποίησιν, ἀρχαῖκῶς τῇ τε διαλέκτῳ καὶ τοῖς γράμμασι χρῆσάμενον. Deinde secundum Thymæten istum Bacchi Africani historia narratur uberrime.

(***) Ne hæreas in voce ἱστορικὸς de fabulari usurpata argumento. « Veteres ipsi fabulam ab historia nullo nisi arbitrii sui discrimine disjunxerunt. » *Nitzsch.* *Hist. Hom.* I, 87.

omnibusque noti erant, componitur. Verba sunt : Ὡν (deorum Græcorum) τοὺς ἀρρενικοὺς καὶ θηλυκοὺς ἔρωτας εἰ ἀναριθμησαίμεν, μακρὸς ἡμῖν ἔσται ὁ τῆς παρεκθάσεως λόγος· ἀρκέσει δὲ τοῖς ταῦτα γνῶναι ἐθέλουσιν ὁ Ἀριστοτέλους Πέπλος καὶ Διονύσου (ser. Διονυσίου) Στέφανος καὶ Ῥηγίνου ὁ Πολυμνήμων καὶ τῶν τοιούτων τὸ πλῆθος.

De ætate Dionysii et de indole Cycli vide notam ad *fragm.* 10, p. 10. — Varias virorum doctorum sententias collegit Welcker. I. I. p. 429 sqq.

DIONYSIUS MYTILENÆUS.

ΑΡΓΟΝΑΥΤΙΚΑ.

LIBER PRIMUS

I

Schol. Apollon. Rh. I, 1289 : Διονύσιος ὁ Μιτυληναῖος συμπεπλευκέναι φησὶ τὸν Ἡρώα (Herculem) τοῖς ἀριστεύσιν ἕως Κόλχων, καὶ τοῖς περὶ Μήδειαν συμπεπραχέναι τῷ Ἰάσονι. Ὁμοίως καὶ Δημάρατος.

Apollodor. I, 9, 19, 7 : Δημάρατος δὲ αὐτὸν εἰς Κόλχους πεπλευκέναι παρέδωκε. Διονύσιος μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα φησὶ τῶν Ἀργοναυτῶν γενέσθαι.

Demaratus (in *Τραγηδοουμεῖνοις*) rem adornaverit ut Theocritus XIII, 75, ubi Hercules post Hylam amissum e Mysia perσεδῆ ἐς Κόλχους ἵκετο. Apud Diodorum IV, 44, 5, quæ de Hyla et Hercule narrantur, tanquam nonnullorum sententia interponuntur (sc. ex Dionysio vett. mythographos laudante). Idem cum Mytilenæo optime consentiens cap. 41, 3 : Τοὺς οὖν ἀριστεῖς συνελθόντας ἐλέσθαι σφῶν αὐτῶν στρατηγὸν Ἡρακλέα, προκρίναντας κατ' ἀνδρείαν. Ceterum hæc omnia a prisca traditione aliena sunt.

2.

Schol. Apoll. Rh. I, 54, Ἀμφιρύσιο : [ὁ δὲ Ἀμφιρύσιος ποταμὸς Θεσσαλίας] γράφεται καὶ [Ἀμβίρυσιος] διὰ τοῦ β, ὡς Διονύσιος.

Verba uncis inclusa et hic et in seqq. fragm. e codice Paris. advocata sunt, in quo h. l. abest mentio Dionysii.

3.

Idem II, 207 : Διονύσιος δ' ἐν τοῖς Ἀργοναυτικαῖς φησὶν ἀναιρεθῆναι τὸν Φινέα ὑπὸ Ἡρακλέους, ἰδόντος τοὺς [Φινέως] παῖδας ἐν ἐρημίᾳ, καὶ μαθόντος εἶ

ὑπὸ Φινέως ἦσαν ἐκβεβλημένοι κατὰ διαβολὴν Σκυθικῆς γυναικὸς, ἣν γεγαμηκεὶ ὁ Φινεὺς, παραιτησάμενος Κλεοπάτραν. Γεγόνει δὲ τοῦ Φινέως καὶ πρεσβύτης κατήγορος παρὰ τῷ Ἡρακλεῖ· διόπερ Ἡρακλῆς ἀναίτιους εὐρὼν τοὺς παῖδας, κατήγαγεν εἰς τὴν πατρῶαν οἰκίαν· Φινεά δὲ ἀνθιστάμενον καὶ θελήσαντα καταποντίσαι τὸν ἕτερον τῶν παίδων, λακτίσας ὁ Ἡρακλῆς ἀπέκτεινε.

Eandem historiam plenius habes ap. Diodor. IV, 44, unde Dionysii mythos tractandi rationem discere licet. Antiquiorum nemo ita rem narravit.

4.

Idem III, 200 : Ταύτην (sc. τὴν Κίρκην) Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν θυγατέρα Αἰήτου καὶ Ἐκάτης τῆς Περσεύς, ἀδελφὴν δὲ Μηδείας λέγει. Ἥλιω γάρ φησιν υἱὸς γενέσθαι δύο ἐν τοῖς τόποις ἐκεῖνοις· οἷς ὀνόματα ἦν Περσεὺς καὶ Αἰήτης· τοὺς δὲ κατασχεῖν τὴν χώραν καὶ Αἰήτην μὲν Κόλχους καὶ Μαϊώτας, Περσεά δὲ τῆς Ταυρικῆς βασιλεύσαι· καὶ [τὸν Περσεά πρεσβύτερον ὄντα] γῆμαι γυναῖκα τῶν ἐγγυρῶν τινὰ, καὶ γενέσθαι αὐτῷ [ἐξ αὐτῆς] θυγατέρα, ἣ ὄνομα Ἐκάτη. Οἱ δὲ ἐκ νύμφης τινὸς ἐγγυρίας τὴν Ἐκάτην φασὶν αὐτῷ γενέσθαι, ἀνδροικὴν περὶ τὰ κυνηγετικά, καὶ [περὶ τὰς καλουμένας Ἐκάς διατρίβουσαν] πρώτῃ θανασίμους ῥίζας εὐρεῖν, καὶ ἐμπειροτάτην γεγενῆσθαι τῶν τε δηλητηρίων καὶ τῶν ἰσθαι δυναμένων, καὶ τὸν ἑαυτῆς πατέρα φαρμάκοις ἀποκτείνει. Ταύτην γῆμασθαι πεμφθεῖσαν εἰς Κόλχους Αἰήτη τῷ πατρῶα δέλφω· ἀφ' ἧς γενέσθαι Κίρκην καὶ Μηδεῖαν. Τὴν δὲ Κίρκην, πρεσβυτέραν οὖσαν, ὑπερβαλέσθαι τὴν ἑαυτῆς μητέρα, τὰ μὲν διακούσασαν παρ' αὐτῆς, τὰ δὲ καὶ αὐτὴν ἐφειρηκυῖαν, πολλὰ καὶ δεινὰ [φάρμακα]· Μηδεῖαν δὲ, νεωτέραν μὲν Κίρκης, οὐχ ἤττωμένην δὲ αὐτῆς. Ταῦτα μὲν Διονύσιος.

Hecaten Medæ et Circes matrem esse denuo ex Dionysio τῷ Μιλήσιω narrat schol. ad III, 242. Eadem exponit Diodor. IV, 43, nisi quod omittit egregia ista de Hecate ab Hecis loco nomen adepta, et liberis addit *Ægialeum*, quem vulgo dicunt *Asyrtyum* (Metapontium Dicæogenes ap. schol. Eur. Med. 167). Cum Dionysio faciunt Cicero de Nat. D. III, 19 et Justin. XLII, 3. Ceterum cf. O. Müller. *Min.* p. 280.

5.

E LIBRO SECUNDO.

Idem IV, 177 : Διονύσιος ὁ Μιτυληναῖος ἀνθρωπὸν φησι γεγενῆσθαι παιδαγωγὸν τοῦ Φριξίου ὀνόματι Κριόν.

Idem IV, 119 : Διονύσιος ἐν τοῖς Ἀργοναυτικαῖς λέγει Κριὸν γεγενῆσθαι Φριξίω παιδαγωγόν· ὃν πρῶτον αἰσθόμενον τὴν ἐκ τῆς μητρικῆς ἐπιβουλήν, ὑποθέσθαι

φυγεῖν, ὑφ' οὗ καὶ σωθέντος τοῦ νεανίου, διαδεδοσθαι ὡς ἄρα ἐπὶ κριῶν μέχρι Κόλχων διασωθεῖν ὁ Φριξίος. Eadem ex Διονυσίῳ ἐν Ἀργοναυταῖς schol. ad II, 1144.

Idem I, 256 : Δ. ἐν β' Κριὸν φησὶ Φριξίου τροφέα γενέσθαι, καὶ συμπεπλευκέναι αὐτῷ εἰς Κόλχους. Διὸ καὶ μυθεύεται τὰ περὶ τῆς τοῦ κριῶν θυσίας αὐτόθι.

Vide Diodor. IV, 46, ubi et hæc et alia ejusdem farinae. Cf. Palæphat. Incredib. c. 32. Quam aliter de ariete hoc narrat Hecateus (fr. 337), Milesii Dionysii æqualis. Cum Dionysii pædagogum conferri meretur Characis (fr. 12) liber pergameneus. Cf. Welcker. De cycl. p. 83, Müller., *Min.* p. 171 sq., *Eum.* p. 139 sq.

6.

Idem IV, 223 : Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος ἀπρακτὸν ἀναχωρῆσαι φησὶ τὸν Αἰήτην σὺν ὀχλήματι, ἠνιοχοῦντος Ἀψύρτου· Διονύσιος δὲ ὁ Μιλήσιος φησὶν ὅτι καταλαβὼν τὴν ναῦν ὁ Αἰήτης, παραταξαμένων τῶν ἀριστέων, Ἴφιν ἀνείλεν [Σθενέλου υἱόν], Εὐρυσθέως ἀδελφόν, καὶ αὐτὸς πολλοὺς ἀπέβαλε.

Idem IV, 228 : Διονύσιος δὲ ὁ Μιλήσιος φησὶν ὅτι Αἰήτης ἐδίωξεν αὐτούς· οἱ δὲ ἀριστεῖς ἠγωνίζοντο ἀκοντίζοντες, οἱ δὲ περὶ τὸν Αἰήτην ἵππευον. Ἐνθα καὶ Ἴφιν τελευτῆσαι, τὸν Σθενέλου μὲν υἱόν, Εὐρυσθέως δὲ ἀδελφόν· καταβαλόντα γὰρ δύο τῶν περὶ Αἰήτην ἵππεων, περικατάληπτον γενέσθαι ὑπὸ τοῦ Αἰήτου, περιστάντος αὐτὸν βρόχῳ. Ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς φησὶν ὡς οἱ Κόλχοι εἰς φυγὴν ἐτράπησαν.

Aciem describit Diodor. IV, 48, ubi libri pro Iphi perperam exhibent Iphitum.

7.

Idem IV, 1153 : Ἰστέον ὅτι Τιμαίου (fr. 8) λέγοντος ἐν Κερκύρα τοὺς γάμους (Iasonis et Medæ) ἀχθῆναι, Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν, ἐν Βυζαντίῳ φησὶν.

Diodorus IV, 49, reditum Argon. paucis absolvens nuptias non commemorat, appulisse tamen Argonautas dicit Byzantium, βασιλεύσαντος τότε τῆς χώρας Βύζαντος.

8.

Idem I, 1116 : Πεδίων Νηπειῆς ἐστὶ περὶ Κύζικον τὴν δὲ Νήπειαν Διονύσιος ὁ Μιλήσιος πεδίων τῆς Μυσίας φησὶν εἶναι· ὃ γὰρ βασιλεὺς τῶν Μυσῶν θυγατέρα Ἰάσου ἐγγμεν Ὀλυμπος Νηπειαν ὄνομα· καὶ κατώκησεν ἐν τῷ πεδίῳ τούτῳ, ὃ νῦν [ἀπὸ ταύτης] καλεῖται Νηπειῆς πεδίων.

V. interpretes ad Hom. II, II, 828; Marquardt. *Cyzicus u. sein Gebiet* p. 20 sq. Locum ex Argonauticis petitum esse non assevero; Dionysium vero hujus loci eundem habeo cum eo, quem reliquis locis scholiasta laudat.

DIONYSIUS RHODIUS.

9

9.

Idem II, 965 : Διονύσιος ἐν δευτέρῳ κατὰ Λιβύην αὐτὰς (Amazones) ὠκηκέναι φησί· βῶμῃ δὲ διενεγκούσας καὶ τρεψαμένας τοὺς ἠμόρους, ἔλθειν καὶ ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, καὶ πολλὰς αὐτῶν πόλεις κτίσαι ὑποτάξαι τε αὐταῖς τὸ Ἀτλαντικὸν ἔθνος, ὃ ἦν δυνατώτατον τῶν τῆς Λιβύης.

Libycarum Amazonum historiam novimus ex Diodoro (III, 52 sqq.), qui auctorem suum disertis verbis nominat cap. 51, 3. Ceterum verba ἐν δευτέρῳ non ad Amazonica refero, sed ad Argonautica ex quibus reliqua sua scholiasta petivit. Ibi Dionysius in transcurso suam de Amazonibus doctrinam tetigisse et vulgari traditioni opposuisse videtur.

(10).

Idem II, 904 : Ὅτι κατεπολέμησεν Ἰνδοὺς ὁ Διώνυσος Διονυσίος φησὶ καὶ Ἀριστόδημος ἐν πρώτῳ Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων καὶ Κλείταρχος ἐν ταῖς περὶ Ἀλεξάνδρου ἱστορίαις. Hoc num ad Mitylenæum an Samium Dionysium referendum sit, nescio. Illud probabilius.

Scyotrachionis mentionem Müllerus latere putavit in Tzetz. ad Lyc. 1247 : Καὶ Διονυσίος φησὶν ὁ Σκιωναῖος (sic duo codd., vulgo Σχυμαῖος)· Μὰ τὰς Θεοίνου καὶ Κορωνίδας κόρας. Igitur ex Μυθικοῖς, quæ versibus concepta erant, petita forent. Ego de Dionysio Sinopensi, poeta comico, cogitari malim.

11.

Ex Τρωικῶν libris fluxerit Schol. Hom. II, III, 40 : Διονυσίος φησὶν ὁ Σκυτοβραχίων Δάρδανον ἀπὸ Ἑλένης καὶ Πάριδος εἶναι. Vide Wolf. Prolegg. p. 194, et Welcker *Cycl.* p. 86; scilicet post III, 40 D. novum versum inseruit : Μηδέ τι γουνασιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φίλον υἱὸν Δάρδανον.

DIONYSIUS RHODIUS

SIVE SAMIUS.

ΚΥΚΛΟΣ ΙΣΤΟΡΙΚΟΣ.

I.

E LIBRO PRIMO.

Schol. Eur. Phœn. 1116 : Διονύσιος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Κύκλου βύρσαν αὐτὸν (Argum) ἠμφιέσθαι φησὶ, καὶ κύκλῳ τὸ σῶμα ὄλον ὠμματώσθαι. Ὅ δὲ τὸν Ἀγγίμιον ποιήσας φησὶν

Καὶ οἱ ἐπίσκοπον Ἄργον ἴει κρατερόν τε μέγαν τε, τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὀρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα,

ἀκάματον δὲ οἱ ὄρωσε θεὰ μένος, οὐδέ οἱ ὕπνος
πίπτεν ἐπὶ βλεφάρους, φυλακὴ δ' ἔχεν ἔμπεδον αὐτόν.

« Legebatur ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ, qui error natus erat ex scriptura ΤΩΙΑ. Veram lectionem ex Aug. restituit Valcken. Taur. ἐν τῷ αἵτου κύκλῳ. — Aug. et Taur. φυλακὴ δ' ἔχεν (Taur. ἔσχεν) ἔμπεδος αἰεὶ, quod verum videtur. Paulo ante Aug. πίπτει ἐπὶ βλεφάρων. Taur. : οἱ ὕπνος ἐπιβλεφάρουσι. Etiam Junt. Basil. βλεφάρουσι. » MATTHIÆ. — Versus Æginii ipse Dionysius laudaverat. Ex eodem fluxerint versus quatuor Iliadis parvæ, quos schol. Vatic. in Eur. Rhés. 823 his introducit verbis : Τινὲς οὐχ ἵππους, ἀλλὰ χρυσὴν ἀμπελὸν φασι δεδόςθαι ὑπὲρ Γανυμήδους, καθάπερ ἐν Κύκλῳ λέγει... Vox Διονύσιος excidisse videtur, monente Welckero in *Cycl.* p. 72. — De Argo cf. Welcker. *Trilog.* p. 129.

2.

Schol. Eur. Phœn. 670 : Διονύσιος δὲ ἔθνος Βοιωτίας αὐτοῦς (τοὺς Σπαρτούς) φησὶν. Hæc Samio vindico, quia reliqua, quæ scholiasta Eur. ex Dionysio affert, ad Samium referuntur. De re cum Dionysio consentit Hippias Delius ap. schol. Ap Rb. III, 1079.

3.

Schol. Eur. Orest. 988 : λόχουμα] ἀκολουθεῖν δοκεῖ τῷ τὴν Ἀλκμαιωνίδα πεπονηκότι εἰς τὰ περὶ τὴν ἄρνα, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησὶ. Φερεκύδης δὲ... (v. fr. 93), ὃ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας τὸν ποιμένα προσαγαγόντα τὸ ποιμνίον τῷ Ἀτρεΐ ἀνταποκαλεῖ. Igitur Euripidis neminit Dionysius, quod Milesius D. facere non potuit. Rectissime enim monet Nitzschius Hist. Hom. I, p. 89. « Illud ὡς καὶ Δ., si excerptorum sermonem satis teneo, ita interpretandum est, ut scholiastæ omnem de Euripide et Alcæonide annotandi causam materiamque e cyclographi volumine subnatam esse putemus. — Idem (scholiasta) quos ad Andromed. 698 Alcæonidis versus affert, non magis ex ipso carmine, sed ex cyclographi paginis adscivit. »

4.

Schol. Pind. Nem. III, 104 : Διονύσιος ἐν πρώτῳ Κύκλων Θηρίμαχον καὶ Δηϊκόντα (sc. Ἡρακλῆος ἐκ Μεγάρων παῖδας ἀναγράφει). Εὐριπίδης δὲ προστίθησιν αὐτοῖς καὶ Ἀριστόδημον. « Deperditum drama spectat. » *Bæchl.*

5.

E LIBRO QUINTO.

Clemens Al. Protr. c. 4, p. 14, 11 Syll. (tom. I, p. 41 Klotz.) : Πολλοὶ δ' ἂν τάχα που θαυμάσειεν

εἰ μάθοιεν τὸ Παλλάδιον τὸ διοπετὲς καλούμενον, ὃ Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς ἱστοροῦνται μὲν ὑφελέσθαι ἀπὸ Ἴλιου, παρακαταθέσθαι δὲ Δημοφῶντι, ἐκ τοῦ Πέλοπος ὁσῶν κατεσκευάσθαι, καθάπερ τὸν Ὀλύμπιον ἐξ ἄλλων ὁσῶν Ἰνδοικοῦ θηρίου. Καὶ δὴ τὸν ἱστοροῦντα Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ Κύκλου παρίστημι.

De Palladio ex ossibus Pelopis confecto cf. Schol. II. IV, 92; Tzetzes ad Lyc. 53, 911, Posthom. 575; Pausan. V, 13, 5; Welcker. *Cycl.* p. 79.

6

Schol. Pind. Pyth. I, 109 : Φησὶ γὰρ Διονύσιος χρησιμοῖς Ἀπόλλωνος ἀκολουθησάμενον τὸν Φιλοκτήτην ἀφυπνώσαι, τὸν δὲ Μαχάονα ἀφελόντα τοῦ ἔλκουσ τὰς διασαπείσας σάρκας καὶ ἐπικλύσαντα οἴνω τὸ τραῦμα ἐπιπᾶσαι βοτάνην, ἣν Ἀσκληπιὸς εἴληφε παρὰ Χείρωνος, καὶ οὕτως ὑγιασθῆναι τὸν ἥρωα.

Eadem, sed brevius, ex Dionysio refert Tzetzes ad Lyc. 911.

7.

E LIBRO SEXTO.

Athenæus XI, p. 477, E : Διονύσιος δ' ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ Κύκλου τὸ Ὀμηρικὸν κισσύβιον κυμβίον ἔφη, γράφων οὕτως : « Καὶ αὐτὸν Ὀδυσσεὺς ὄρων ταῦτα ποιοῦντα, πληρώσας τοῦ οἴνου κυμβίον δίδωσι πτεῖν. »

Idem XI, p. 481, E : Διονύσιος δ' ὁ Σάμιος ἐν ἔκτῳ περὶ τοῦ Κύκλου τὸ αὐτὸ οἶεται εἶναι κισσύβιον καὶ κυμβίον. Φησὶ γὰρ, ὡς Ὀδυσσεὺς, πληρώσας κυμβίον ἀκράτου, ὥρεξε τῷ Κύκλωπι.

Περὶ τοῦ Κύκλου dictum negligentius, ut Διόδωρος περὶ τῶν Βιβλιοθηκῶν, XII, p. 541, Κλέαρχος περὶ Βίων etc. Quod non animadvertentes nonnulli Dionysium de cyclo epico scripsisse putarunt. V. Welcker. I. I. p. 80 sq.

8.

Schol. Hom. Od. XIII, 85 : Σκύλλα θυγάτηρ μὲν ἦν Φόρυκος καὶ Ἐκάτης τὸ μὲν μέγεθος θαυμαστή· εἶχε δὲ πόδας μὲν δώδεκα, κεφαλὰς δὲ ἕξ, ἐν ἑκάστῳ δὲ στομάτων τρεῖς στίχους ὀδόντων, ὄφθαλμοὺς δὲ πυροειδεῖς. Καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ἐκρύπτετο αὐτῆς ἐν τινὶ σπηλαίῳ κατὰ βύθου βεβλημένον, συμφορὰς οὐσα τῇ πέτρᾳ· τὰς δὲ κεφαλὰς αὐτῆς εἶχεν ἔξω περιμήκεις ὥστε δύνασθαι ἀπὸ τῆς πέτρας εἰς τὴν ναῦν φθάνειν. Ταύτην λέγεται τὸν Ἡρακλέα ὀπότε τὰς Γηρυόνας βοῦς ἦγεν, ὡς εἶδεν ἀπληστευομένην, ἀνελεῖν· τὸν δὲ πατέρα διὰ πυρὸς ἀναγκάσαι πάλιν αὐτὴν ἀναζῆσαι. Ἡ ἱστορία παρὰ Διονυσίου.

9

Tzetzes ad Lyc. 912 : Ἐνθα νῦν ἡ Χώνη ἐστὶ, γωρίον ἦν πρῶτον λεγόμενον Οἰνωτρία, ὅπου ὁ Φιλο-

κτῆτης κατώκησε μετὰ τὴν τῆς Ἴλιου πόρθησιν, καθὰ Διονύσιος καὶ Δίων ὁ Κοκκειανὸς καὶ πάντες οἱ τὰ τῶν Ῥωμαίων γράψαντες ἱστοροῦσι.

De Dionysio Halicarnassensis aliquis cogitaverit; sed is de hac re nihil; intellige cyclographum, quem in proxime antecedentibus Tzetzes laudaverat (fr. 6). Atque *Rhodium* auctorem in eo quoque agnosco, quod Philocteta ap. Tzet. l. I. *Rhodiis* in Italia contra Pallenenses colonos opitulans cecidisse dicitur. Ex eodem Dionysio, opinor, fluxere quæ ad v. 927 de sacro Philoctetae narratur. Ceterum de Chone vid. Antiochus fr. 6; Apollodoros fr. 173; Servius ad Virg. *Æn.* III, 402.

10.

Tzetzes Chil. XII, 179 :

Καὶ ὁ Ὀρφεὺς ἰσόχρονος τῷ Ἡρακλεῖ ὑπῆρχε, πρὸ χρόνων ὄντες ἑκατὸν τοῦ Τρωικοῦ πολέμου. Ὡς δὲ Ὀρφεὺς ἐν Λιθικοῖς περὶ αὐτοῦ μοι λέγει, Ἐλένου τι βραχύτερον ὕστερον εἶναι λέγει· τούτου μᾶλλον δὲ γενεᾶ Ὀμηρος ὕστερίζει, ὃ κατὰ Διονύσιον ἄνδρα τὸν κυκλογράφον ἐπὶ τῶν δύο στρατειῶν λεγόμενος ὑπάρχειν, Θηβαϊκῆς Ἑλλήνων τε τῆς διὰ τὴν Ἑλένην. Διόδωρος τε σύντροχος λέγει Διονυσίῳ, καὶ ἕτεροι μυριοὶ δέ.

Eadem repetit Tzetzes ad Hesiod. p. 15 Gaisf. Cum his coherent quæ afferuntur in Cramerii An. Gr. Parisin. vol. II, p. 227, 27 : Διόδωρος ἀποδείκνυσι τούτον (sc. τὸν Ὀμηρον) πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου τετελευτηκότα. Erat hæc Cratetis sententia (vid. nostra *Fragm. chronol.* p. 196 cll. Nitzsch. *Hist. Hom.* II, p. 91, Welcker. p. 203). Dionysius, opinor, discipulus fuit Cratetis. Diodorus autem libro III, 67, de ætate Homeri cum Apollodoro facit; cyclographum igitur secutus sit libro sexto, pro fontium varietate pugnantia inter se referre haud veritus. At ne credas Dionysium cyclographum eundem esse cum Mytilenæo, quem libris III et IV Diodorus ducem habuit (Sic Lobeck. *Aglaoph.* 990 sq.) Nam lib. III. 67, 2, Thamyrin et Orpheum et Herculem Lini discipulos fuisse, ideoque iisdem vixisse temporibus, dicit. His contraria sunt quæ ex scholiis Tzetæ ad *Alleg. Hom.* (in codice Paris. N. 2705) excerpit Dübnerus meus, Welckerus (l. I. p. 193) publici fecit juris. Etenim Tzetzes ad Diodorum provocans scribit hæc : Ἀηροῦσιν [οἱ] εἶπον ὅτι ὁ Ὀδυσσεὺς Τηλέμαχος ὕστερον ἦν Ὀμηρος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ χρόνου Προναπίδου τοῦ Ὀμήρου διδασκάλου, δς ἦν τρίτος ἀπὸ Κάδμου, Ὀμηρος δὲ τέταρτος. Ὁ Θάμυρις δὲ πάλιν παλαιὸς ἦν ἰσόχρονος Κάδμου, πάππος Ὀρφέως. Ὀρφεὺς δὲ Μενίππης ἦν υἱὸς τῆς Θαμύριδος θυγατρὸς, καὶ ἀλληγορικῶς τῆς Καλλιόπης υἱὸς λέγεται. Secundum hæc igitur Orpheus non æqua-

FRAGMENTA.

11

lis, sed nepos est Thamyridis; Diodorus vero si utrumque attulit, alteram sententiam procul dubio memoravit libro sexto. — Præterea ad hoc velim attendas, quod Diodorus postquam lib. III et IV præcipuas Græcorum fabulas exposuerat, libro V autem insulas earumque ιστορίας τοπικάς (nescio an magnam partem sec. ιστορίας τοπικάς Dion. Samii) percurrerat, deinde libro sexto denuo ad mythicam historiam redeat, nec pauca eorum, quæ jam dixerat, tangat iterum. Hæc novum scriptoris arguunt consilium, novumque, cujus vestigia legerit, auctorem, Dionysium scilicet cyclographum.

Proœmio libri VI Diodorus suam de diis doctrinam explicat, quam confirmat ex Euhemeri historia sacra, et prodigiis Homeri, Hesiodi, Orphei fabulis opponit. Sed hos ipsos poetas in sequentibus duces se narrationis securum esse profitetur. Ita enim Excerpt. lib. VI, 2, 11: Καὶ περὶ μὲν Εὐημέρου... ἀρκεσθησόμεθα τοῖς ῥηθείσι, τὰ δὲ παρὰ τοῖς Ἑλλησι μυθολογούμενα περὶ θεῶν ἀκολούθως Ἡσιόδου καὶ Ὀμήρου καὶ Ὀρφεὶ πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν. His absolutis, heroum Gr. historiam usque ad Trojana tempora pertexit, id quod ex fragmentis quisque intelligit. Igitur quum libris antecedentibus (III et IV) celeberrimas Græcorum fabulas prolixè quidem, sed sine ullo ordine exposuisset (sicuti Dionysius Mytil. peculiaribus scriptis singulas fabulas tractaverat), jam continuam quandam historiam ex ordine, quem epica Græcorum carmina suppeditabant, duce Samio Dionysio, dedisse videtur. Ex antecedentibus vero facile colligas cyclum hunc epicum minime fuisse eum, quem proprie dicimus Homericum, sed ex diversissimis elementis conflatum et variis Euhemeristicæ sapientiæ floribus distinctum. Sic ap. Diodorum VI, 3, ea quæ feruntur de equis Achilles loquela præditis, inde explicari vult, quod equi isti olim Titanes fuerint. Alexandrinam ætatem produnt quæ (VI, 3) de serto Ariadnes ex gemmis Indicis composito leguntur. Euhemeri sectatorem agnoscis in historia de Pico præstigiis mysticis abutente ad stuprandas mulieres, quæ ideo ex diis gravidas se fieri putant. — Ceterum quæ de diis Diodorus præmisit, ea non ex Cyclo sumpsit, sed ex ejusdem, nisi fallor, Diony-

sii Samii Περὶ θεῶν opere, quod, Suida teste, triginta tres libros complectebatur.

ΠΕΡΙ ΘΕΩΝ.

II.

Suidas. Νύμφαι, σκώληκες οἱ ἐν τοῖς τῶν μελισσῶν κυττάροις, ὅταν ἤδη πτεροποιεῖν ἀρξῶνται· οἱ δ' ἀπλῶς τοὺς πτερωτοὺς σκώληκας, Σάμιοι. Καὶ τὸ ἀνὰ μέσον τῶν γυναικείων αἰδοίων νύμφην καλοῦσι. Καὶ τῶν ῥόδιων αἱ κάλυκες αἱ μεμυκταὶ, νύμφαι. Καὶ αἱ Μοῦσαι δὲ ὑπὸ Λυδῶν νύμφαι. Ὅτι δὲ πάντων τῶν καρπῶν αἱ ἐκφύσεις οὕτω, δῆλον. Περὶ δὲ τῶν θεῶν Διονυσίου πᾶσα ιστορία συνῆχται ἐν τριάκοντα καὶ τρισὶ βιβλίοις. Totus hic locus fluxerit ex Dionysii Περὶ θεῶν opere, in quo non minus quam Apollodorus, in suis Περὶ θεῶν libris ad etymologica auctor attende-rit.

Præter hæc ad Dionysium Samium a nonnullis referentur Βασσαρικά, ab aliis Dionysio Afro tributa. Eustath. ad Dionys. Perieg. p. 81 ed. Bernhardt: Τὰ δὲ Βασσαρικά διὰ τὴν τραχύτητα οὐκ ἄξια τοῦτου (Διονυσίου Λίβου), εἰς τὸν Σάμιον ἀννήχθησαν Διονύσιον. Cf. Bernhardt ad Dion. p. 492 et 515, ubi fragmenta Bassaricorum ex Stephano Byz. collecta habes (coll. Schirlitz. in *Seebodes Archiv* 1830, II, p. 42). Idem Bernhardt ad Suidam v. Διον. Μουσωνίου Rhodium nostrum *Solis sacerdotem* eundem esse suspicatur cum *Heliopolita*, quem dicit Artemidor. in Onirocrit. II, 66, p. 243 Reiff.: Φασὶ γὰρ τὸ ζῶον (χελιδόνα), θάνατόν τε σημαίνει αἰῶρων σωμάτων, καὶ πένθος καὶ μεγάλην τινὰ λύπην ἀπὸ τοιούτων γὰρ κακῶν καὶ τὴν ὄρνιν ταύτην λόγος ἔχει γενέσθαι. Φησὶ γ' ὁ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος δεῖν ταῖς ιστορίαις πείθεσθαι, καὶ Διονύσιος ὁ Ἡλιοπολίτης κ. τ. λ. (Cf. Tertullian. De anim. c. 46.) Quare apud Diogen. L. I, 38 (γεγόνασι καὶ ἄλλοι Θλαῖ πέντε... πέμπτος, νεώτερος, ἄδοξος, οὗ μέμνηται Διονύσιος ἐν Κριτικοῖς) legendum putat Δ. ἐν Ὀνειροκριτικοῖς. Reinesius voluit ἐν Κρητικοῖς. Vulgatam ad Dionysium Halicarnassensem referendam esse opinatus est Fabricius.